



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Florianvs Mart. 4. Maii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

250 *Vita Sanctorum.* 4. M AII.
omnibus, posthac improborum foret
supplicium. Clavorum altero diadema-
tis frontem, altero frenos Imperatorios
ornavit, certus maiores nobilioresque
uniones neque Indiam posse submit-
tere. *Ex Brev.*

S. FLORIANVS MART.
4. Maii.

FLORIANVM, quē adversus ignium
injurias patronum invocamus, aquā
ad Superos transmiserunt. Diocletiano
Cæsare, in Norico Ripario Tribunus
militaris agebat, cūm institutā de
Christianis quæstione, nomen suum
ultra detulit. Aquilinus loci præfectus
fuskuario primūm ejus constantiam
tentavit; deinde ubi Christi nomen ex-
tundi ei posse desperavit, in Anaflum
flumen præcipitem egit. Impii mandati
obedientiam carnifex repentinā cœci-
tate luit. Corpus exanime appulsum in
scopulos aquila tutata est, Iovis olim,
nunc FLORIANI satelles. Ipse Vale-
riam religiosam fœminam ad justa per-
solvenda corpori suo excitavit, & pie-
tati mercedem persolvit, salubrium
aquarum scaturigine, quas ægris bibisse
profuit. Igne periclitantibus præpitium
esse primus omnium carbonarius ex-
perimento didicit; tuis, quas ipse suf-
flaverat, involutus flammis FLORIA-
NV M appellavit, & integro corpore ē
rogo

4. M A I I. *Vita Sanctorum.* 251
rogo emersit. Beneficium luculentius
fuit, quām ut illud obscurare invidia
vel oblivio posset. Inde posteris quoq;
mos traditus est, FLORIANI imagi-
nē cum urnā aquariā in fronte ædium
dedicandi. Vos illam, ô juvenes, etiam
animis tutelam adsciscite, adversus
multò tristiora incendia, quibus libido
faces subdit, & perenne pabulum om-
nes corporis sensus subvehunt. Lingua,
manus, aures, oculi, fatendum est, in-
cendiarii sunt animæ. Ex Sur.

S. P E L A G I A V. & M.
4 Maii.

PELAGIAM Tharsensem Diocletia-
ni Deique filius sponsam ambierunt,
ille corporis, hic animi pulchritudine
captus. Respuit mortalem procum Vir-
go, & cælestè conjugium præoptavit.
Paranymphus Clino fuit Episcopus,
quem divinitus sibi ostensum inter
montium latebras reperit, ubi edocta
est, qualis dos afferenda ad sponsum
esset. Ea uno verbo innocentia appellat-
ur, quam beati Genii donum PELA-
GIAE tulere, cùm lustrico fonte, qui ad
Clinonis preces è rupe profluxit, tinge-
retur. Augusta præterea Virgo duplici
diademate cincta, ut vel hinc terrarum
Cælique Dominam intelligas, palam
visendam se dedit, velut sanctorum
sponsalium Antistes. Non fuit deinde
diffi-